

etiam eorum corporibus in hoc mundo, qui fecit  
 alium mundum fecit et istum et de bonis que  
 tribuit in alio mundo potest in isto tribue-  
 re. et corpus scit de bonis anime. quia bonum et  
 malum anime redundat in corpus suum. Tunc  
 dixit ei quidam frater, forte moriemur an-  
 tequam bonum nostrum cognoscamus. Qui ait,  
 Pelliparii cognouerunt de pellibus, cerdones  
 de calciamentis, fabri de ferro et sic de alijs  
 artibus. Quomodo autem homo potest scire ar-  
 tem in qua nunquam studet. Credis tu quod mag-  
 ni domini debent magna dona, stultis et iniquis  
 hominibus non dant. Bona opera sunt via  
 ad omne bonum, sicut mala opera sunt via  
 ad omne malum. Beatus ille quem nulla res  
 a celo inferius de edificabit, et quoniam omnia que  
 videbit et audiet vel sciet edificabunt. Et  
 de omnibus studet elicere utilitatem suam

### De contemptu mundi

**U**omini illi qui ponit cor suum et desi-  
 derium suum et vires suas in rebus terreis,  
 propter quas relinquit et perdit bona celestia et  
 terrena. Aquila qui volat alte si haberet al-  
 ligatam cuiuslibet ale unam de trabibus eccle-  
 sie sancti petri, non volaret ita alte. Multos  
 vidimus laborantes frangendo saxa, cauando



studet eas trāsferre ingenio magis q̄ vi-  
 ribus. et in hoc facto est simpliciter p̄cedē-  
 dum. om̄e viciū ledit castitatem. est enī  
 sicut speculum clarum qđ p̄ solum anhelū-  
 tum obscuratur. Impossibile est enim hoīez  
 viue ad gratiam dei. dum ei placet in carni-  
 bus delectari. Volue igr̄ a reuolue de sup̄ a  
 de sub̄ hinc inde. Et nō est aliud q̄ pug-  
 re contr̄ carnem que vult te tradere die ac  
 nocte. q̄ qui vincit. omnes inimicos suos  
 vincit et deueit in om̄e bonum. Dicebat aut̄.  
 Int̄ oīes virtutes ego p̄eligerem factam  
 castitatem. Dixit ei quidā frater. Nonne  
 maior virtus est caritas q̄ castitas. Respo-  
 dit ei frater egidius. Quid est casti⁹ casti-  
 tate. frequēter cantādo. dicebat. O facta  
 castitas qualis es. tu es talis et tāta. qualē  
 et quātam te fatui non cognoscūt. Dixit  
 ei quidā frater. qđ vicas tu castitate. tūc  
 r̄ndit. Castitatem vico om̄es sensus custo-  
 dire gr̄tia dei.

**De puḡ temptacōm**

**G**ratia magna in pace custodiri nō  
 potest. q̄ semp̄ oriūtur multa cōtra-  
 ria. quāto enim gratiosior erit tāto plus a  
 dyabulo impuḡtur. nō tamen debet homo  
 apter hoc cessare sequi gratiam suā. quia